

obligatio in solidum eiusdem exponentis, et non alias, aliter, nec
 alio modo & et ad effectum predictum ipsa mulier tūm consulendo
 rebus proprijs cum etiam alimentis familie in necessitate
 constitute ob eius paupertatem, deliberavit in solidum cum
 dicto Viro, et fideiussione Philippi quondam Joannis Berardini Dominici, alias Ciardinà,
 se obligare, et tenere pro eorum victu, et familie ali-
 mentis in magna necessitate constitute, que necessitas dene-
 gare minime potest, ut evidenter D.S., et omnibus patet, et est
 nota & Et cum stante eiusdem exponentis femineo sexu ad
 huiusmodi impositionem devenire nequeat sine solemnitatibus ad
 validitatem contractus requisitis, illasque adimplere cupit cum
 decreto D.S., renuncijs infrascriptis, et cum consensu, presentia, et
 bona voluntate dicti Josephi eius Viri, Nec non Dominorum Josephi An-
 tonij, et Nicolai de Tassonis Civium de Concilio Massignani, in defe-
 ctu proximiorum . tām Consanguineorum, quām Affinium, quos
 in hoc Instrumento commodè habere non potest, prout medio Juramentis
 affirmavit & Nec non predicti Cives hīc presentes medio Juramentis &
 eorum consensum in forma solita, et consueta prestiterunt ad vali-
 ditatem contractus, et tanquam tales nullum proprium, neque
 particulare affirmaverunt habere Interesse. Insuperque preno-
 minata Mulier habita prius plena admonitione de validi-
 tate renunciationis omnium legum ad favorem Mulierum
 facientium à D.S. meque notario sufficientē informata, et
 edocta & medio eius Juramentis scripturis Juravit, et expres-
 se renunciavit Lege Julia de fundo dotali, Authentica Si qua mulier,
 Senatus Consulto Vell., beneficio absolutionis Juramenti, et constitutio-
 Nis Provincie Marchie, Statutis, et Reformationibus Illustrissime